

one, præcepto, sapientia, in seipso, corde,
lucentes vero veritatis splendore, conversatio-
ne, exemplo, prudentia, coram aliis, opere.
Paucis, sunt lucernæ aut luminaria, ab essen-
tiali luce illuminata, ut doctrinæ luce tene-
bras illuminent, qvin & vita & moribus luce-
ant, *Matth. V. 16. Phil. II. 15.* Pari ratione, ex-
posituro vim vocis מִרְחַפָּת *Gen. I. 2.* obser-
vanda primum erit radicis רָחֵם significatio
propria, videlicet, quod verbum proprium sit
avium, aut gallinarum, expansione & dilata-
tione alarum incubantium pullis, vel eosdem
ad volatum provocantium. Ex qua observatio-
ne facile deinceps patet; quid *Jeremiæ* verba
e. XXIII. 9. רָחֹפוּ כָל־עַצְמָתֵי *motitarunt omnia*
offa mea, in recessu habeant. Elegantiam hu-
jus rei exemplo qvodam B. LUTHERI no-
stri, Concordantiarum Hebraicarum utique
peritissimi, Lectori meditandam exhibebi-
mus, *Mose*, inquit, Tom. 9. Lat. Jenens. f. 417.
Scribente de astris non adorandis, ne forte adores
ea, quæ creavit Dominus tuus in Ministerium
cunctis gentibus, involuta Metaphora nihil cer-
te potentius audis, sic enim sonat Hebraice: Quæ
BLANDIFICAVIT Dominus **DEUS** Tuus
cunctis populis sub cœlo. Quanta hic voluptas
in verbo est, qvanta affectuum concitatio? Qvod
DEus astra illa cœli omnibus populis dederit, velut
adulatus atque blanditus eis, ut mollibus istis be-
neficiis ad sui amorem illos invitaret, non aliter,
quam sicut Mater, filio suo super genis blanditur.

Jam